

Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollem-
nitas hodie in conspectu tue maiestatis. re-
veratur. **D**ne deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tue rem-
aneamus auxilio **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ant igitur oblationem servitutis nostrae
et civitate familie tue. **Q**uesumus **d**ne. ut pla-
cueris accipias. dies quoque nostrorum in tua pace di-
cas. atque ab eterna damnatione nos tri-
plex tuorum iubeas grege numerari **P**
domini nostri **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta **X** assumpta **X**
rationabile. acceptabile que face-
ris. ut nobis. corpus **X** et sanguis **X**
delectissimi filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Teil

32.

Programma

IN FVNERE PRÆMATVRO

Elegantis. infant.

ANNÆ MARGA-
RITÆ,

Viri Clar^{mi} atq^{ue} Excellent^{mi}

D. MARTINI

HEINTZII,

MEDICINÆ LICENTIATI

FILIOLE.

P. P.

IN INCL. IVLIA

XXIV Novembr.



HELMAESTADI typis LVCII,

clō lo cXXXIII.

PROGNASTICA
IN FVNERE PRAEMATVRO
Eleganti. isfari.

ANNAE MARGA-
RITAE

Vir. Clar. sup. Excellent.

D. MARTINI
HEINTZII
MEDICINAE LICENTIATI

FILIO LAE.

IN INCL. WALIA

XVII. Novemb.



HELMSTADT I. typis J. A. C. I.
MDCXXIII





PRORECTOR ACAD. IVLIAE
M. PAVLVS MVLLERVS
Ecclesiarum in Diœcesi Helmstädiensi
SUPERINTENDENS GENERALIS
CIVIBVS ACADEMICIS S. P.



Vix mensis quinctus est, quum ex
gemellis suis alterum filiolum
efferret *Vir Clariss. ac felicissimus*
medendi D. MARTINVS HEINT-
ZIVS *Artis Medicæ Licentiatus*: hodie co-
rundem alteram filiolum ANNAM MAR-
GARITAM idem mœstus pater humili
curabit. Atq; ille quidem ne lucem qui-
dem hanc aspexit, in ipso matris utero ex-
tinctus, ibidem & sepulchrum reperturus,
ni cœleste beneficium tanto malo inter-
cessisset: hæc verò quod primo nata loco
esset, nec incommodâ valetudine fruere-
tur, longè majori in vivendi spe atq; exspe-
ctatione erat, quippe quæ & defuncti fra-
tris nomine superstes videretur. Decolla-
vit

vix tamen & illa spes concepta, ereptumq;
hoc parentibus solatium omni citius opi-
nione. Nata enim puellula xiv Iunij, sta-
tim vidiustertius h. ii pomeridiana dena-
ta est: adeoq; ut nascendi ita & denascendi
terminos præmatura antevenit. Hoc verò
quin maximo parentibus dolori sit, nos
quidem nihil dubitamus, qui quid sit libe-
ros amittere, aut præclarâ excidere expe-
ctatione non inexploratū habemus: Ve-
strum quoq; nemini *Ornatissimi iuvenes*, i-
gnotum est, esse liberos naturæ necessitu-
dine quasi partem parentum, quò vero illi
teneriores sunt (quod & in brutis videmus
animantibus contingere) eò tacita qua-
dam lege amor parentum sanctius com-
mendari. Cæterum tametsi hoc ferè inge-
nio omnes mortales simus, ut sicuti tenerè
diligimus qui ex nobis nati sunt, ita illo-
rum amissionem acerbius feramus; re-
ctam tamen rationis regulam, remoto af-
fectuum sipario, adhibentes, non possu-
mus non gaudere potius maturis charita-
tum funeribus quàm dolere. Quum enim
hæc

hæc vita, si iustâ rem astimemus lance, ni-
hil ferè habeat quod vivendi queat votum
elicere, sed ærumnis plurimis alijsq; malis
inquinatissima sit, nisi profecto melior ali-
qua post iterum vivendi spes affulgeret,
haud quidquam obstaret, quin cum Sileno
non nasci optimum esse profiteremur. Sane il-
læ sunt vitæ hujus adversitates, illæ optimis
quibusq; obtingunt indies molestiæ, ut
non possit non de naturæ iniquitate, deq;
divina conqueri (sit verbo venia) incle-
mentia ac duritie, qui ad sanio rem men-
tem certâ reviviscendi ac felicis degendi
expectatione non adactus est. Quicquid
enim præter hanc spem adferas, nihil illud
valet delendis querelis, aut sopiendæ huic
cõm naturæ rerum controversiæ. Hinc ple-
na videmus non turbæ tantum ac impru-
dentis vulgi, sed clarorum quoq; virorum
monumenta de naturæ malignitate con-
querentibus sententiis. Atqui illa quidem
cũ naturâ Deoq; exigens lis, minimè pro-
fecto sapientibus viris conveniens est;
quum vel pueris patescere possit, iniqui ni-
hil

hil ab omnium optimo posse proficisci,
multò minus fieri à sapientissimo potuisse,
ut hominem nobilissimam creaturarum
in talem aliquem conderet finem, qui cum
maximis suapte natura doloribus junctus
est. Ita tamen reapse hæc sese vita habet, ut
in bono ponendū sit, ocyus isthac absolvi,
atq; in quietē quandā feliciorē transferri.
Neque vero aliter de infante, cui hodie
funus faciemus, fas est cogitare. Nondum
sensit ANNA MARGARITA, ingentia
isthac mala quibus hic orbis noster tan-
tum non obrutus est: nondum malorum
confortio aut vitiorum illecebris infecta
ejus mens est, quā nos adulti laboramus.
Revocata est ante duriores gradus. *Erepta
est ne malitia mutaret intellectum eius, aut do-
lus deciperet animam eius. Sanctificata bre-
vi implevit longa tempora: grata enim erat
Domino anima ipsius, propterea festinavit tol-
lere ex improbitatis medio. Non illa lachry-
mis suis dolere parentes faciet, neq; ipsa
parentum malis tangetur. Quæ ex risu e-
jus aut sanitate capiebatur parentibus læ-
titia,*

titia, illam nunc possunt isti longè maxi-
mam ex præsentis ejus statu capere. Si enim
liberorum sanitas vel risus res meritò læta
est parentibus, gaudet illa nunc effusissi-
mè, nec morbos metuit, felicitate fruens
quam nulla unquam cura distinguet. Ita
beavit hac morte maximus Deus, non pa-
rentes minus quàm infantem: Ut sicut il-
lis dolori sæpe infans fuit, ita & maximo
nunc possit gaudio esse. Nec sanè alia vo-
luit lege Deus infantem nasci, quàm ut non
tantùm moreretur sed & cito moreretur.
Hinc enim octavo statim à conceptu men-
se, & uno quidem cum fratre partu prodi-
re puellulam in lucem jusserat, ut naturali
imbecillitate celerius eò hinc se exsolve-
ret & ad cœlestia ista, cum corpore non-
dùm fas esset, saltem animo commigraret.
Atq; *Ut Domino placuit, ita factum est.* Re-
dijt Spiritus ad Deum qui donaverat, redijt
amictus stola candida, ablutus lavacro ac
sanguine agni immaculati. Quare nunc
quidem nihil reliquum nobis fecit, CIVES
ACADEMICI, quàm ut exuvias cœlestis a-
nimæ

nimæ ritè etiã suæ origini commendemus.
Nèpe hoc ultimū illud est, quod homines
hominibus præstare obligamur, ne scilicet
qua parte desimus necessitatibus nostræ
sortis. Fiet autem funus hodie hora XII.
itaq; ad signum datum frequentes tunc ad-
eritis, atq; de mortuæ exequias ibitis. Hoc
sanè non officij tantum vestri ratio, sed &
Iugentium in primis merita deposcunt.
Longè etenim est æquissimum ejus viri fu-
nera decorare, qui arte sua ac fedelitate tot
quod diè remouet mortes intempestivas.

V. O. P. P. In Acad. Iul. An.

clo lo c XXXIII. d. xxv

Novembr.




XXXX

V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum familia tua
innuma. Rege. innumo **S** familia nostra **S** et omni
innumo orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumo toribus. **M**emento dñe famulorum famu
innumo rum tuarum. **S** et omni circumstantium quorum
innumo fides cognita est. et nota deuotio pio quibus
innumo tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumo sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumo ratione animarum suarum. pio spe salutis. et
innumo incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumo eterno deo uiuo et uero **O**mnium





B.I.G.

Farbkarte #13



na
 EMATVRO
 ant.
 ARGAS
 excellent^{mi}
 TINI
 ZII,
 ENTIATI
 E.
 LIA
 br.
 pis LVCI,
 XIII.

